



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio  
Perfectionis Libri Dvo**

**Crombecius, Johannes**

**Mogvntiæ, 1614**

XXVI. Negotiationis spiritualis causa formalis explicatur; cum industria prima quæ est recta intentio, & ab aliis intentionibus duabus distinguitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

perdita Dei amicitia. Rosas teste Basi- *In Hexama*  
 ne spinis non inuenies, vt ante primi homi *homil 5.*  
 sum: nec proferet suos terra sine sudore *sub med.*  
 primo *Gen. 3.* spinas & tribulos germinabit tibi, quos  
 euellere: terram deinde arare ac fatigare  
 sum est: oportet serere, occare, metere: de- *Ibidem.*  
 in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Si no-  
 magitur: virtutes nullæ nunc affluent fi-  
 ginis vitiorū pungentibus. Euelli eas prius  
 est, & aratro mortificationis cordis nostri  
 profcindi, semē virtutum spargi, & surcu-  
 feri fructuosos: quos cum auxeris, fa-  
 tem indues & feruorem. Et hæc qui-  
 de causa efficiente nostræ Negotiatio-

C A P. XXVI.

*Negotiationis spiritualis causa formalis ex-*  
*atur: cum industria prima quæ est re-*  
*ta intentio, & ab aliis intentionib.*  
*duabus distinguitur.*

Ad formam Negotiationis multa referun- *Ars Nego-*  
 tur, quæ in ipsa arte concluduntur: sua e- *tiationis*  
 cuiusque disciplinæ ars est, vitæ autem ac *necessaria,*  
 Negotiationis spiritualis nobilissima. Ars ve- *ab exemplo*  
 longa experientia collecta, certis præceptis *mercatorū.*  
 que obseruationibus continetur: quas dum  
 uitur mercator, rem magnam præstat:  
 am perdit is, qui sine arte temere progred-  
 ditur.

Fff 3



ditur: variaque tentat incautus media, quæ tu-  
næ potius quam lucri auxilia æstimanda sunt.  
Certe minus vtiliter mercatur, qui hic aurum  
argentum, margaritas, aromata sibi comparat,  
quæ deiecit in Indias lucri gratia: hic enim be-  
rum inopia, illic magna copia est. ridetur  
mercator, qui id faceret. Ridendi sunt & ne-  
gotiatores, qui opes terrenas, voluptates,  
noveque congerunt, quæ in cælis diuicias  
vilescunt enim illic, & contemptui sunt:  
quia stulte mercantur, tum quia mellioribus  
cælis abundant beati.

Artis est caute vtiliterque mercari: quan-  
pter observationes aliquot, tamquam  
strias, constituemus; quibus cognitis, con-  
istius formæ partes distinctius cognoscimus.  
Harum prima in intentione consistit; quæ  
negotiatori desit, nihil efficiet. Miramur  
illud in primis, quod intentio vendenti  
menti parum adferat emolumenti, nec  
ces ideo pretiumue nobilitet: in nostra  
Negotiatione forma ac nobilitas mer-  
pendet, quemadmodum & pretii dignitas.  
si enim prava intentione operemur, debet  
merces nostræ bonæ esse; scædæ sunt, de-  
pes: si vero intentionem adhibemus præ-  
bilem, quadunt statim & merces præno-  
aureæ, summique pretij. Et hoc nouit lo-  
tissimus mercator emptorque noster; quod  
tam rem ipsam considerat, quam intentionem.  
vnde quod dicitur, *Et genus formam Regina  
nia donat*; id de intentione statuendum est.

*Industria*  
1.

*Bona in-  
tentio a-  
ctui for-  
mam ac  
dignita-  
tem con-  
fert.*



pendendum, Et genus & formam Regina intentio

Monet D. Gregorius, & docet, qua ra- Lib. 1. Mor. c. 20 in c. 1. Iob, ad illa verba: Ne forte peccauerint filii mei.  
 ne mercari debeamus: cum enim intentio  
 necessaria sit tum ad bonitatem actuum,  
 tum maxime ad eorum excellentiam & valo-  
 randum: vigilandum suadet, ne aut pri-  
 mitis, aut in progressione, aut denique in-  
 degeneremus: ita enim ait: Bona nostra tribus

antiquus hostis insequitur: ut videlicet hoc, quod  
 coram hominibus agitur, in interni iudicis con-  
 spectu vicietur. Aliquando namque in bono opere inten-  
 tionem polluit, ut omne quod in actione sequitur, eo pu-

mandumque non exeat, quo hoc ab origine per-  
 turbat. Cum enim facilia ad decipiendum corda homi-  
 num conspicit, eorum desideris auram transitorij fa-  
 ctus opponit: ut in his, quae recta faciunt, ad appetenda

toritudine intentionis inclinentur. vnde recte sub  
 specie de vnaquaque anima miserae intentionis  
 laqueo capta per Prophetam dicitur: Facti sunt hostes

in capite. Cum vero hi hostes intentionem vitare  
 non praevalent, in via positos laqueos tegunt: ut in eo,  
 quod bene agitur, cor exaltans se, ex latere ad vi-  
 tium deriuetur. vnde Psalmista: In via hac, qua am-

bulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. & Ierem. 41.  
 Ieremias de quibusdam: Cum venissent (inquit)  
 ad medium ciuitatis, interfecit eos. Cum vero an-  
 tiquus hostis nec in exordio intentionis ferit, neque in

utinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos  
 tendit: quos Propheta conspexerat, cum dixit: Ipsi cal-  
 laneum meum obseruabunt. Haec Gregorius.

Danda ergo opera est ne deciplamur: ini-



tio maxime, quia corruptis initiis cetera vitian

ur.

*Li. cont. mendac. c. 7. como. 4. Mala bono sine ac intentione non sunt bona.*

Illud quoque verum est, quod monet Augustinus. Interest, ait, plurimum, qua causa, sine qua intentione quid fiat: sed ea qua conueniunt peccata, nullo bono causa & obtentu, nullo qua si bona ne, nulla velut bona intentione facienda sunt. Ea quae pe opera hominum, sicut causas habuerint bonas, nunc sunt bona, nunc mala, quae non sunt seipsa peccata. & infra: Cum vero iam opera ipsa peccata sunt, sicut furta, supra, blasphemiae, vel ceretalia; quis est qui dicat causis bonis esse facienda, peccata non sint, vel (quod est absurdius) iusta peccata sint? Haec Augustinus, & bene: multi enim pro clara intentione, si quid gerunt, turpitudinem sublatam arbitrantur à delicto, sanctique propositi veste se contegunt.

*Sine prudentia nullus actus bonus est.*

Nulla item intentio cohonefari potest, actio caret prudentia: nullusque actus, hoc opere destitutus, idoneus est, qui virtutis indiget venustatem. Nec excusaberis, si dicas te putasti ita agendum esse: respondebitur enim vicissim sapientis non esse dicere, Putabam: & Dominus Paulus te arguet, dicens te zelum quidem habere, sed non secundum scientiam.

*Rom. 10.*

*Intentio triplex.*

*1.*

*2.*

146. De mala seu deprauata intentione est hic dicendi locus: sufficiet triplicis generis intentiones explicare. Quidam enim mala intentione agunt, imo nulla: quia nihil ex providentia seu animi designatione intendunt, nisi quod temere occurrit. Alii generaliter quadam intentione contenti, omnia sua ad eam referunt.



erunt: in ceteris haud raro nituntur natura,  
 tendentes quod eiden bonum videtur: nihil  
 men diuinum reuera considerant, etiamsi illis  
 trasse ita videatur. Alii denique vnice Deum  
 uentur, & in ipsum omnes cogitationes fa-  
 3.

da sunt. Ea  
 uerint bona  
 ue non sunt  
 n opera  
 ie, vel cetera  
 facienda,  
 iusta par  
 alti enim  
 turpitudin  
 an & que  
 ri potest,  
 ctus, hoc  
 rtutis inde  
 caste pum  
 nim viciss  
 a: & Dm  
 quidem  
 entione  
 licis gen  
 enim m  
 quia m  
 one inter  
 lii gen  
 sua ad eam  
 refe

In hisce tribus speciebus multa latent, qua  
 eruerentur, mortales damna sua sentirent, *Intentia*  
 bi que aliter prospicerent. Quis nescit homi- *temeraria*  
 um plurimos rarissime ad finem aliquem ho- *Simile.*  
 lectum facta sua dirigere? iis profus similes,  
 qui mane proficiscuntur, egressi ex aliqua ciui-  
 tatis porta, antequam decreuerint aut etiam  
 cogitauerint quonam sibi sit eundem; quare  
 et iperi à domo se abesse animaduertentes, si cō-  
 alto agere velint, reuertitur necesse est. Hier-  
 po semper eunt ab ingressu in hanc vitam: de fi-  
 ne suo non magis cogitant, quam si nullus esset  
 profus. Alii dicunt se cœlum petere, & beatos  
 esse velle, & tamen viam ignorant. Ii quoque  
 egressi aberrant grauitur; quod non fecissent, si  
 de porta qua egredi, quaque via debuissent in-  
 cedere, fuissent sciscitati. Sed quam multi sunt  
 qui etiam viam norunt, proficisci tamen re-  
 muunt, in eodem semper statu permanentes; &  
 si incedere videantur nihilominus in circuitu  
 profecto ambulant, ad eum locum, vnde egres-  
 si semper redeunt! Hi omnes deplorandi ve-  
 niunt; sed magis viri nō nulli, qui spirituales ha-  
 beri volunt, quibus cum duces, impulsores, ca-  
 stigatores non desint, virtutumq; exempla prae-  
 clara assidue obuersentur, res tamen suas sic  
 Fff 5 agunt,



agunt, vt raro quid agant, quo eant; cuius causa, quo fine, rarissime cogitent.

*Incommoda intentio nis temeraria.*

i.

*Aggai. 1.*

*Ibidem.*

Quid inde damni, quæso, oritur? Illud in primis, quod vesperi, dum quispiam redit ad suas, cuas manus reperit: non est melior quam mox nullum è prauis habitibus non dico delevit, sed ne attigit quidem; nullam virtutem acquirit, merita nulla collegit. quid ergo emerfit lucris omnibus operibus quæ fecit? nihil. Quis suum (vt hortatur Dominus) non posuit in vias suas, curam nullam habuit internæ domus Dei ædificandæ, crucem suam non tulit, ad cæli montes animum non transmisit: ideo quicquid fecerit, nihil profuit. Audiamus Dominum per Aggæum Prophetam hortantem ac corripientem: Ponite (ait) corda vestra in vias vestras. Seminastis multum, & intrulistis panem comedistis, & non estis satiati; bibistis, & non estis ebriati; operuistis vos, & non estis calefacti: & qui meredes congregauit, misit eas in sacculum peritum. Haec dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra in vias vestras: ascendite in montem, portate ligna, & ædificate domum. Respexistis ad amplius, & effectum est minus. quam ob causam? dicit Dominus exercituum. quia domus mea deserta est, & vos festinatis quisque in domum suam.

Accedit, quod deterior euaserit: nulla bona fecit, quæ tamen facere debuerat: siquæ vero fecerit, multis erroribus ac vitis fuerit aspersa. Meditatus sum, ais, ita est, sed sine scopo: ergo scopæ dissolutæ; ergo sine sensu, sine fructu. Sacrum quoque audisti, orasti; at



re intentione : ergo disperſo animo, & forte  
cum ſuſſis ſenſibus, ſine præparatione. Multa  
que agimus perperam; quia ſine fine debi-  
tæ intentione, quæ ſpiritum reuocet, ſenſus  
contrahat, animum excitet. Eorum pleraque na-  
turalia omnino ſunt, ideoque meriti nihil ha-  
bent.

At quot occurrunt animo vanitates ! quam  
multa ex ore euolant verba inania ! quam profu-  
ſus ad iocos animus ! ad cachinnos, detractiones  
iuriſones, ſcommata, ſarcaſmos ! quam au-  
dius ad ludum recreationeſque corporis ! quam  
in iis aſſiduus ! quam effuſus in cibos ! quam  
vorax ! quam appetens deliciarum ! Nulli ſen-  
ſum clauſi, patet animus omnibus : irrepunt, i-  
mo influunt cogitationum riui integri ; etiam  
ſubinde ex lacunis impudicitæ, qui diutius ſta-  
gant, putidam in mentem fœtores inducunt  
& per os terribiliffimam mephitim exhalant. v-  
bi enim Deus non eſt, illuc inuolat Aſmodæus ;  
vbi caſtæ cogitationes locum deſerunt, irrum-  
pant obſcenæ : & hæc omnia quia nullum rebus  
noſtris finem præſtituimus, qui extrema medils  
copulet.

*Intentio ge-  
neralis.*

147. Alij providentiores ſunt, & generalem  
quendam finem rebus omnibus præſcribunt. Is  
eſt, quem in baptiſmo conſtituimus; mundo ni-  
mirum ac omnibus pompis eius abrenuntian-  
tes, cum propoſito ſequendi parendique ſupre-  
mo ac vero rerum omnium Domino : quod  
quidem confirmauimus uſu rationis præditi.  
Alij arctius ſeſe aſtringunt, dum per vin-  
culum



culum professionis religiosæ semel constitunt se totos Deo consecrare: cuius professionis virtute omnia ætatis degendæ opera finem & scopum accepisse, eoque informata esse, arbitrantur. Alij propositum renouant frequentius, et annis singulis. Alij denique mane quoti die omniaque sua Deo offerunt, sed reliquo die spatio in matutina destinatione plane conquiescunt. Hæc sane laudanda sunt, nec suo careant emolumento spiritali: multa tamen sunt diei decursu, quæ ex vi illius oblationis non promanent, vt in illa concludi ac comprehendere tamquam in causa censeantur.

Nihil hic dico de actionibus supernaturalibus: illæ enim sua etiam honestate contentæ perficiuntur, etiam si finem caritatis non attingant: minus tamen meritoria sunt, quam si ab eadem honestate informarentur. actus vero naturalis meritorij non sunt, nisi præcedens intentio causa sit productionis eorum: quod fit, si actus referantur in finem alicuius virtutis; vel certe antecedens relatio causa sit illius actionis. ita enim

*2. Sent. dist. 41. art. 1. q. 3.* D. Bonauentura prudenter monet, non sufficit re vt opus virtutis referri dicatur in Deum, quis ad initium anni, vel mensis, vel etiam die generali quadam intentione referat omnia sua futura opera in Deum; sed necesse esse vt illud ipsum opus particulare referatur in Deum, quod postea faciendum est. tunc enim dicuntur opera virtute in Deum referri, cum intentio præcedens est vera causa operum quæ postea fiunt: vt si quis apud se certo constituat aliquam numerum

*Intentio  
virtualis  
quæ sit.*



orum summam propter Deum pauperib. e-  
 gare; si postea summam illam oblata occasio-  
 eroger, is dicetur virtute opus suum referre  
 Deum, etiam si, dum pecunias erogat, nihil de  
 Deo cogiret. ita & de ceteris operibus ex obie-  
 to indifferentibus.

At quam multa agimus per dierum decur-  
 am, de quibus minime cogitauimus: quæ si ad  
 utinam discuterentur, non modo non me-  
 moria, sed ne bona quidem, imo multis neuis  
 res per se censerentur! quæ tamen si in Deum a-  
 ctu referrentur, nouis vestita circumstantiis  
 fructum incomparabilem nobis parerent, &  
 consolationem inexplicabilem. interea sola il-  
 li generali intentione contentis natura, quæ  
 in nos magnum habet imperium, frequenter  
 illudit.

148. Hic etenim naturæ doli ac fraudes dete-  
 gendæ sunt. *Trahit sua quemque voluptas, & cuius-*  
*que complexio ad sua quæque oblectamenta*  
*propendet.* Fines suos abditos ac reconditos  
 natura, altera Dalila, pellex, subdola, callida,  
 subtilis, peracuta, sollers, ac malitiosa constituit  
 qui quia peccati speciem subinde minime præ-  
 se ferunt, nec grati omnino repugnare viden-  
 tur, in eos fertur pertinacius, tantumq; tractus  
 ille animi importunus valet apud nos gratia &  
 persuadendi efficacia, vt non tantum abduci  
 nos ipsi permittamus, sed etiam cæci in fædos  
 scopulos allidamur.

Et sane pauci sunt, etiam inter sapientes,  
 quos aliqua insanix portiuncula non aspergat:  
 in

*Intentio  
 fraudulenta  
 natura*



in qua tamen (quod mirum est) sapientie nostræ summam interdum collocamus: quam demerentiam etsi non videamus ipsi, imo eam, vitiā & versus informem catulum, complectantur emicat tamen a deo, ut non modo videri, sed palpari possit, meritoque credi, vnicum Deum & quos singulari privilegio ipse donauerit, laborare: suos enim quisque patitur manere.

Rom. 12.

De hac culpa loquitur Apostolus, cum hortatur nos non plus sapere quam oportet sapere, sed ad sobrietatem: de Philosophis vero, huius mundi sapientibus, sic loquitur aperte, ut in tantum aliquo insanie telo tacti videantur, etiam stultitiæ fulmine afflati. Euanuerunt, in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientium eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.

Rom. 1.

Remedium huic malo præsentissimum obedientia est: qua non tantum iussa facimus, sed ea vera ac bona esse credimus, quæ alioquin recte sese habere sentiremus. Qui Superbia non habent, & liberum in rebus agendis ferunt iudicium, hac labe sæpe inficiuntur. Idcirco subinde suspecti habeantur: nec à dignitate sua alienum putent, si conscientie suæ contrarium deligant inconfusibilem, qui sibi veritate reque veritatem denuntiet.

Intentioni  
aduncta  
malitia seu  
calliditas  
affectata.

149. Huic deterrimæ plagæ sæpe sese adiungit alia perniciosior, quæ calliditas affectata nominari potest: aut (si velis) malitia, simplicitati Christianæ plane opposita. Cum enim ad variam naturam propendeat, statuunt sibi nonnulli fines quos



os persequantur; nec desistunt, donec con-  
fiant. Ad hæc artificis neclit artificia: vias du-  
ce, & triplices lectant occulte: & cū alioquin  
reperi sint, in hoc negotio secretissimi sunt  
omninoque se manifestant: cumque ingenium,  
res, gratia naturalis, & facultas, dicendique co-  
ntra suffragentur: sic disponunt omnia, vt paxil-  
lus sponte semper in foramen suum decidat. Si  
quidem ad Dei gloriam, transeat: sed si  
Deus horum finis non est, sed cupiditas, va-  
ritas, & libertas; calliditas est. & carnis sapientia  
deteriori nomine ab Apostolo *Dei inimica*  
pellatur, non enim Deum spectat, sed seipsam  
naturam etiam vltis inordinatis ac distortis  
trans & dolus interuenit non raro, deceptio alio-  
rum fere semper.

*Rom. 8.*

Accedit, quod nonnumquam aliud ani-  
mo foueant, aliud labijs enuntent. Loquuntur  
spirituales: rogati de fine mediisque rerum  
agendarum, communem sensum sequuntur: si  
quis vero ex iis querat quid velint, quid statu-  
ant agere, quid magis optent: respondebunt vt pu-  
tant velle eum qui interrogat, etsi animo aliter  
sentiat. Ne tamen à conscientia arguantur men-  
daci, concipiunt generatim euasione quandã  
qua ad omnia sine mendacio, vt illis videtur,  
contraria menti loqui liceat. Rogati an ali-  
quid iussi egerint, aiunt aut negant, ser-  
uato sensu aliquo vero: vt, si quis rogetur vtrum  
communicauerit si communicasse velit qui in-  
terrogat, respondebit omnino se communicasse,  
si enim tamen intelliget spiritualiter, i. e. num  
cupiat

*Callidita-  
tis ingenium  
apta Etho-  
pœia descri-  
bitur.*



cupiat solatiolum aliquod fouendo corpori ac  
sanitati conseruandæ necessarium; si quem loco-  
pum animo gerat, quem impedit huiusmodi  
indulgentia oblata, respondebit, Nequaquam  
etsi mentem aliter sentiat. subtrahet tamen aliquod  
quod expressum responsionem veluti conser-  
mem reddit.

Quæ quidem ratio cum in palatinis, &  
Principum ac Reipublicæ negotia regunt,  
decore non careat, & sæpe habeat iniustitiam  
cum hac via munera dignitatesque extorquuntur: tum in viris spiritualibus (ne quid dicitur  
gravius) admodum est reprehendenda: fecerunt  
est enim agere hypocritam, mendacis sceleribus  
decipere amicos, animo duplicem esse, to-  
re leges amicitia humanæque societatis, accep-  
dei apertissimum bellum indicere, polliceri adf-  
cum esse, & ad instar labari fluitare, volui ac-  
uolui.

Ne fallantur hi: mendacium est hac ratione  
homines decipere: maxime parentes, & de-  
qui auctoritate in illos, siue sæculari, siue spiri-  
tuali, pollent. Artificia ista peccata sunt, menda-  
cia, fraudes, & dolus non bonus. hæc eadem  
Principum curias eneruant, Respublicas cor-  
rumpunt, societates dissoluunt, ruina sunt om-  
nis amicitia, Religionum pestes, vitæ spiritalis  
interitus: quæ etsi plurimis noceant, longe  
men amplius fingenti quam decepto præui-  
cant: & tamen de iis illi, qui vtuntur, confidit  
non solent. Cur ita? Quia vel persuadere sibi  
nolunt se delinquere, vel non esse mortalia ar-  
bitrantur.



tur, vel certe nolunt respiscere. Media que  
 bus his seruiunt persequendis, quia plus  
 xati præ se ferunt, Sacerdoti ad aurem dete-  
 ntur, interdum conscientia stimulante: num-  
 am tamen dicent se artificiis uti, cuniculis  
 pere, vias simplicitati repugnantes sectari,  
 edientiam supplantare, maiores suos deci-  
 ere. Nihilominus sub hoc secreto velamine  
 sepe delitescit ambitio, aut alicuius mune-  
 exercendi desiderium, quo ad officium desi-  
 natum tacite tenditur: intercessores silentio  
 terponuntur, qui, aliud agentes, fortiter in-  
 cunt eos, quorum interest prouidere. Si ve-  
 idem expectatione sua frustrentur, & ada-  
 id officium destinatur, quam quod votis  
 ceperint: illud recusant ac deprecantur mul-  
 a, adferuntque causas non causas, conscendē-  
 es pontem asinorum, è quo præcipites demer-  
 untur non ij qui decipiunt opinione veri, sed  
 i decipiunt. Latent & interdum sub eodem  
 alio vindictæ cuniculi, qui ad dies annosque  
 clures diducti, magno intus igne succésso enor-  
 miter erumpunt atque profiliunt. hinc euen-  
 tis varii, cædes, seditiones inopinatæ, contra  
 Rempublicam aut Principes secreta consilia ac  
 conspirationes: quæ, quia abditis terræ visceri-  
 bus conclusæ detegi non possunt, facile opti-  
 mum quemque opprimunt incautum, inco-  
 nito interea aut certe incerto sceleris au-  
 ctore.  
 Verum ordinarie fit, vt, vbi maxime pru-  
 dentes esse volunt, ibi maxime imprudentes,

Ggg

aut



aut etiam impudentes sint, & sapientes hi de-  
mentissime sua molimina deducant. Nec im-  
rea putant se videri, cum confusione plenam  
esse deberent, qua, qui vident, suffunduntur.  
Sed excæcat cor eorum malitia, vt clare debeat  
& ipsi confundantur, & in sua astutia capiuntur.  
Frustra enim iacitur rete ante oculos pennatorum.  
hil opertum est, quod non reueletur: neque absconditum  
quod non sciatur. Spiritus iudicat omnia, & non  
nemine iudicatur. Quid? etiam Angelos nos  
caturus Apostolus denuntiat, quanto magis  
cularia! Persæpe in laqueo, quem absconderunt,  
prehenditur pes eorum.

Quidquid sit de sæcularibus, turpe est Reli-  
gionum artificio consilia sua tegete, Prælatos  
pere, sapientes esse in oculis suis: sed debeat  
bile, ac fere blasphemum, iisdem mentibus  
supplantare, Spiritui sancto oblitere. Non  
tiuntur homini, sed Deo. In initio Ecclesiæ, cum  
bat Domini Spiritus, & sanguis Christi leu-  
uebat in animis fidelium, Apostoli huiusmodi  
ingenia ac infidelitatem non ferebant: vnde  
uerissime Petrus animaduertit in Ananiam  
Saphiram; in eorumque fictionem iis a deo  
vt etiam fulminis telo eos confoderet. Cui  
tauit, ait, *Satanas cor tuum, mentiri se Spiritui*  
*Quid vti que conuenit vobis tentare Spiritum*  
*mini?*

Quare inconsulte agunt, quid aliud querunt  
quam Deum: primum enim produunt se, quæ  
sint: virtutemque suam minus probantes, diffi-  
dentiam in animis Prælatorum suorum ingerunt.

*Prou. 1.*  
*Luc. 12.*  
*2. Cor. 2.*  
*1. Cor. 6.*  
*Psal. 9.*

*Act. 5.*

*Ibidem.*

*Præua in-*  
*tentionis*  
*damna.*

1,  
2.



Deinde, qui se quærunt, sese inueniunt  
 in Deum: imo ipsum perdunt: perdunt & lei-  
 os: & præter virtutis simulacrum, aliud asse-  
 untur nihil. Huc facit illud Diui Iacobi: *Vir* 3.  
*plex animo, inconstans est in omnibus viis suis.* *Iac. 1.*  
 nem in sinuat se aliquid optare, quod post-  
 odum debeat retractare. quare eosdem ar-  
 guit idem Apostolus. *Purificate, inquit, corda, du-* *Iac. 4.*  
*plex animo.* Ecclesiasticus quoque improbat hanc *Iac. 4.*  
 gendi rationem. *Cor, inquit, ingrediens duas vias* *Eccle. 3.*  
*non habebit successus, & prauus corde in illis scandali-* *4.*  
*abitur, id est illaqueabitur & offendet: fit enim*  
 lerumque, vt, qui duos lectatur lepores,  
 eorum capiat; & dum per sepes & duros  
 eosdem temere persequitur, in spinas lentescit;  
 se induit, & pedicas feris capiendis extensas  
 incurrit, è quibus euolui atque extricari non  
 potest: merces enim duplicis cordis ac prauis  
 est, scandalizari, offendi, atque illaqueari.  
 Denique impediunt Spiritus sancti directio-  
 nem, cuius prouidentia eos per Superiores gu-  
 bentur: Sed dum eis sapientiores esse volumus,  
 & comminisci nitimur ratione: meliores, tan-  
 dem in fine errorem nostrum decepti agnosci-  
 mus, magno sæpe nostro dolore, sed sæpius ma-  
 iore salutis ac PERFECTI O N I S, nostræ de-  
 trimento.

32. Præclara virtus est Christiana simplicitas  
 quæ recte & sapienter graditur. Profecto qui  
*Laus simpli*  
*citatis.*  
*Prou. 7.*  
*ambulat simpliciter, ambulat confidenter: id est, non*  
 vacillat, non titubat, rectissime incedit.  
 quod in Canticis laudat admodum Sponsus in



Sponsa sua. *Statura*, ait, *tua assimilata est palma*, qua similitudine intentionis rectitudinem ac firmitudinem appositissime designat, quæ constans & recta tendit in cœlum; quod palmæ proprium est, quæ proceritate & rectitudine inter omnes arbores eminet. Sed quid vicissim Sponsa ad Sponsum? *Omnia*, inquit, *poma, noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi*. quasi dicat: Te vix aspicio, tibi vni placere gestio: & quæcumque siue in me, siue extra me sunt, tibi offero: mentis meæ oculos, ad terrena omnia clauis in te semper defixos atque intentos habeo: perum meorum fructum vt à te oriri, sic de te referri, ac pro te asseruari cupio: nihil futurum, reseruatura cuncta ad honorem deæ stationemque tuam.

En ergo secundum genus eorum, quibus intentione aliquid desideratur: vel quia generales nimium sunt ac superficiales: vel quia multa miscent occulta, quæ nec à Deo oriuntur nec in Deum tendunt.

153. Qui vero palmæ velint assimilari, recte que & in sublime consergere, opus est vt omnia rectam intentionem habeant: sic enim distinguit Augustinus iustorum & iniustorum studia: Duo genera (inquit) hominum iustorum & iniustorum in hac terra, & in hac vita commixta sunt. Habent singula ista genera proprias intentiones cordis sui. Genus iustorum conuertitur in sublimia per humilitatem: genus iniustorum præponderat ad inferiora per elationem: hoc enim se deprimat, vt surgat: illud se extollit, vt cadat. Hæc ille.

*Cant. 7.*

*Ibidem.*

*Intentio  
qua recta  
& specialis  
dicitur.  
Serm. 2. in  
Psal. 36. in  
principio.  
tomo. 8.*



Hoc ergo PERFECTIIONIS studio  
 randum omnino est, vt nihil vquam in pri-  
 us praua intentione faciat. Prava autem aut si-  
 tra intentione aliquid agunt, qui vel aliud  
 aerunt quam Deum, vel quod ad Deum non  
 educat: vt qui finem aliquem aut vitiosum, aut  
 am, aut seipsum quærit, & in seipso quiescit  
 quo quietem non est quod expectet, quia si-  
 illis nos Domine, ad te, ait Augustinus, & quæta- *Li. 1. Conf.*  
 est cor nostrum, donec requiescat in te. Hinc mo- *ca 1.*  
 tur frequenter quærere Dominum in toto  
 orde nostro; inueniri Deum ab his qui quæ-  
 ant eum. *Quærite Dominum*, ait Vates Regius,  
 & confirmamini: *quærite faciem eius semper. Late.* *Psal. 104.*  
 cor quærentium Dominum. *Quærite Deum, & vi-* *ibidem.*  
 et anima vestra. Sed satis esse nõ viderur, semel, *Psal. 68.*  
 erum, aut, tertio in die eius esse memorem: cū  
 nim perpetuo memor sit nostri; non dormit,  
 non dormitat, non edit; non sic occupatur, vt à  
 nobis auertat amicos oculos; bonum nostrum  
 indefinenter quærit, infinito amore nos di- *Deum de*  
 ligit: qui d magnum reputamus, si in omnibus *nobis per-*  
 eam quæramus? Numquam sinistre minusque *petuo cogi-*  
 sincere aliquid agamus: imo actu nouo ante sin- *tare.*  
 gulari opera ipsi placere optemus: siue cum sin-  
 gulari agere incipimus, quod longe vtilissimum  
 est: dum de rebus agendis disponente, easdem  
 Domino commendamus.

14. Fructus huius exercitii eximius est: pri- *Intentio-*  
 mum enim, vt modo diximus, vitia quampluri- *nis particu-*  
 ma, quæ admitteremus, effugimus: vanitatem *laris fruct.*  
 deinde, quæ omnibus pæne in rebus sese infi- *I.*

Ggg 3 nuat,



nuat, hoc vnicè Deo placendi desiderio propellimus.

3. Discimus quoque homines agere, & limitationis operationes nostras conformare: quæ alioquin belluarum instar, quas natura ad ipsum pronas effluxit, à sola phantasiæ vel actionis alicuius impulsu elicerentur.

4. Accedit, modum hunc operandi omnium generi esse admodum bonæ adfectioni: emicat enim decorum & nescio quid nuptatis in exteriori homine: quam qui viderint, rapi se sentiant, exterioremque hanc rerum conformationem & mirari, & sæpe ad ipsos reuocari: imo conuerti nonnumquam impios, Deumque laudare. Id insinuat D. Petrus dum hortatur fideles: *Conuersationem (inquit) vestram inter gentes habentes bonam: ut in eo quod tractant de vobis tamquam de malefactoribus, et in vobis operibus vos considerantes, glorificent Deum in visitationis.*

1. Pet. 2.

5. Addo, omnium verborum, actionumque animi reddendam esse rationem in die iudicii quibus sane scatebimus, si habenas laxemur gendi libertati, nihilque adhibeamus quod fluxam illam vagamque naturæ licentiam contineat.

6. Denique iactura lucri spiritualis, quod in singulis operibus licet coaceruare in immensum si modo nonnullam adhibeamus diligentiam maior est quam putemus, eamque facile detegimus, si quæ capite ultimo superioris libri discussimus, attente consideremus. Et quamvis



ualis intentio sufficiat, renouatio tamen a-  
m nouum producit, qui præcedenti auctior  
nobilior est. Sic Sponsa poma noua & vetera  
ponso suo seruat. Sed de his plura inferius.

## C A P. XXVII.

*Industria secunda: prauos habitus duplici ra-  
tione destrui, virtutes multiplicatis  
actibus augeri.*

TRadunt Philosophi, longo vsu ac con-  
suetudine prauos habitus in hominũ  
enasci, sensimque repetitis actibus ro-  
rari; quos, vbi radices altiores egerint, diffi-  
le sit euellere atque eruere, quod de virtutib.  
acquisitis etiam statuunt: disponi namque prin-  
cipio potentias agendo, ac paulatim habitum  
gigni; qui multo vsu ac frequentatione confir-  
matus, potentiam ipsam ac facultatem iuuat ad  
virtutis illius actus facilius perfectiusque eli-  
cendos. Ex quo sequitur, eos deteriores esse, &  
ad malũ procliuios, qui diutius in aliquo sce-  
lere inhæserunt, gradus addentes gradibus,  
quam qui remotioribus tantum dispositionib.  
vicio alicui obligati sunt. Quare, vt hortatur  
D. Augustinus, quando nascitur cupiditas,  
antequam robur faciat aduersum te mala con-  
suetudo, elide illam: sed si times ne elisa non  
moriatur, ad petram elide: *petra autem erat  
Christus.*

*Habitus  
ex actibus  
enasci at-  
que auge-  
ri.*

*Impotentia  
consuetu-  
dinis.*

*Lib. 6. Mu-  
sica, ca. 7.  
tom. 1.  
I. Cor. 10.*